









1680.

23. Muellerus, Petrus : De relaxatione carceratorum .

24<sup>a</sup>, b, c, d Muellerus, Petrus : De dono nuptiali . 4 Bandl .

1680, 1688, 1714 & 1739 .

25. Muellerus, Petrus : Collegii publici ad hanc als. Reg. Sc  
Diversis regulis iures antiquis partes posteriores . No.  
putatus X .

26<sup>a</sup>, b, c, d Muellerus, Petrus : De jure peregrinationis 28 Bandl  
Muellerus, Petrus : 1680 & 1713 .

27. VII Dissertationes ac VII partes pandectarum . . .

28. Muellerus, Petrus : De securitate metuentium

29. Muellerus, Petrus : De benemerkto .

30<sup>a</sup>, b, c, d Muellerus, Petrus : De jure fereti sine crimen .  
laboris . 8 Bandl . 1688, 1711, 1735, 1739 .

31<sup>a</sup>, b, c Muellerus, Petrus : De calore iuvanti . 3 Bandl  
1680, 1718 & 1732 .

32<sup>a</sup>, b, c Muellerus, Petrus : De deposito miserabilis 7 Bandl  
1680 & 1714 .







221

1680, 24<sup>d</sup>

7.

DISSERTATIO  
DE  
**DONO NVPTIALI,** 5

GERMANICE:

**Vom Hochzeit-Geschenke,**

VULGO:

Was dahin zu rechnen; Wer dasselbe geben und nehmen,  
bey allerley auch Ehebruchs-Fällen, behalten oder  
erben könne.

QVAM  
PRAESIDE  
**DN. PETRO MÜLLERO,**

V. I. D. ET PROF. PVBL.

AD D. MAII CICIO CLXXX.

IN AUDITORIO ICTORVM

EXPONIT

A V T O R

**IO. GEORGIVS Seyßler,**

GRAIZA-VARISCUS.

EDITIO QVARTA.

IENAE,

LITTERIS IO. BERNH. HELLERI, 1739.





L. N. D. N. J. C.

## PROOEMIVM.

**M**atrimonia ubivis fere locorum máximo semper in pretio habita, multisque encomiis pariter ac præmiis decorata fuisse, quotusquisque hiltiorum non plane ignarus est, qui nesciat? Quod si enim in varias, easque extremæ barbarie deditas gentes oculos deflectimus, ubivis fere singularia matrimonium contrahentium præmia sequi videmus. Ut hinc adeo nemini proflus mirum videri debeat, quod in Jure nostro tot favores, tot immunitates, tot privilegia novis conjugatis concessa reperiantur. Et quidem non imerito. Fons enim atque origo humanæ societatis optimo sane jure matrimonia vocantur, quibus immortalitas quodammodo artificiose hu-

A 2

mano

mano generi paratur, ac Republicæ optima ratione constituuntur. Nov. 140. pr. Et ab his nec mores nostratum recessisse, apertissimum cuivis esse potest; Id quod sane dona nuptialia, ut cætera jam nunc taceam, sufficientissime testantur, quæ, quam largiter novis sponsis quotidie offerri soleant, longiori deductione opus haur erit. Et de his ipsis donis nuptialibus, cum positiones quædam exercitii loco conscribendæ essent, nonnulla in medium proferre constitui, quoniam eorum materia haud inutilis, sed frequens omnino est, & de qua haud raro controversiæ incidere solent gravissimæ. Interim Tu L. B. si quæ minus accurate elaborata offendis, materiae partim difficutati, juvenili partim ætati tribue, quippe quæ melius se informantem lubentissime auditura assecutura est. Te autem, benignissime DEVS, ut cœptis clementissime assistas, obnixissime rogo. Esto igitur

## CAPVT I.

DE

Origine atque Etymologia doni nuptialis.

S V M M A R I A.

§. I. Donorum nuptialium origo antiquissima est & apud Athesinenses usitata. II. Tres erant dies, intra quos Sponsalia

*salia ac Nuptiae consummabantur. Tertio die munera nupcialia deferebantur. III. Romanis non fuerunt incognita. IV. Nec Judai ea ignorarunt. V. Unde donum descendat. VI. Quid donum significet. VII. Quid Nuptiale. VIII. Heic agitur de donis istis, que ab invitatis convivis sposo sponsæve offeruntur. IX. Quomodo alias vocentur ejusmodi dona. X. Quid sit donum nuptiale.*

## §. I.

**H**inc ordine procedamus, brevibus originem donorum nupcialium attingere lubet. Eam autem antiquissimam esse omnino certum est; quo tempore vero, & apud quas gentes primum ceperit, adeo præcise dici vix poterit. Quod si tamen in amœnissima historiarum vireta paulisper exspiciamus, ea jam dudum in usu fuisse, facile deprehendimus. Apud *Atbenenses* certe absque dubio olim usitatissima fuisse, vel ex Suida constat. Testatur enim ille; postridie nuptiarum à sponsæ Patrem sponsæ quam sposo solenni pompa mitti ea conservisse, eamque pompam hujusmodi fuisse, ut puer præcederet, alba veste faciem incensam ferens, hunc sequetur mulier canistrum gestans; cæteris ordine sequentibus familiaribus, qui aurum, patellas, lecticas, pectines, lectos, sandalia, thecas, pyxides unguentarias, interdum etiam dotem sposo una offerrent. Lubet ipsius Suidæ verba huc adscribere, ut eo melius de hac re constare possit. Inquit autem ille: καλεῖται δὲ ἐπαύλια, καὶ μετὰ τὸν εὐχαριστηρίαν τὸν γάμου προσέρχεται τῆς νύμφης πατέρος δῶρα φέρεντα

ερμενεατῷ νυμφίῳ καὶ τῇ νύμφῃ ἐν ποιητῆς χήματι. Πάσι γάρ οὐ γένεται, χλαμίδα λεύκην ἔχων καὶ λαμπάδα πανομένην, ἐπειτα μετὰ τόπου πανηρόεσθαι. Εἰθ' αἱ λοιπαὶ ἀκολέθεσται ἐφεξῆς τῷ νυμφίῳ Φέγγος, χειρία, λυκανίδας, στύγουματα &c. καὶ τὴν περίην ἀματῷ νυμφίῳ Φέγγος. Hottomann. d. Ritu. p. c. 14. num. 4.

§. II. Erant nimis tres dies, intra quos Sponsalia ac Nuptiæ consummabantur. Dies primus προαύλια nuptiarum anteibat. Dies secundus ἀπαύλια, lat. decubatio, nuptiarum sacer erat, quo in saceriæ desponsus transibat; in illis enim nuptiæ peragebantur. Tertius dies vocabatur ἐπαύλια, quo munera nuptialia à sponsa parentibus, & ab aliis ad novos sponsos deferabantur, teste Jul. Polluc. l. 3. c. 3. D. Joachim, Hildebrand. d. Nupt. veter. Chrys. Hinc Suidæ loc. cit. ἐπαύλια pro ipsis hisce muneribus, quæ novis sponsis postridie nuptiarum mittebantur, veniunt, add. Cypræ. d. Sponsal. p. 1. c. 1. §. 2. num. 5. Hottom. loc. cit.

§. III. Romanis, cum illi alias semper luxuriae ac liberalitati studerent, nec hæc dona incognita fuisse ex facili colligere licet. Ultima sane nuptiarum die, quem *Repotia* ab iteratis poculis vocabant, à cognatis ac propinquis largissima novis nuptiis munera oblata fuisse ex antiquatum Scriptoribus constat. Extant sane vestigia illorum tam in Jure nostro Civili, quam apud alios Scriptores Romanos, sat luculenta. Meminit munerum horum Caius in l. 13. §. 2. d. administr. & per. tut. Et Ulpianus in l. 1. §. 5. ff. d. tut. & rat. disfrab. refert, Labeonem scripsisse, si munus nuptiale matri pupilli miserit tutor, non eum pupillo imputaturum. Et hæc absque dubio intelligenda sunt de muneribus, quæ à saceris eorumque familiis, cognatis & propinquis, die repotiorum novis nuptiis

§3 ) 7 ( §8

nuptis mitti solebant. Meminit præterea corundem  
*Terentius in Phormione, act. 1. sc. 1.* dum dicit :

*Herilem filium ejus duxisse audio  
 uxorem, ei credo munus hoc corradiatur.*

Svetonium etiam eo respexisse certissimum est, dum scribit : Augustum legata, vel partes hereditatum à quibus cuncte parentibus relictas sibi, aut statim liberis eorum concessisse, aut si pupillari astate essent, die virilis togæ vel nuptiarum, cum incremento restituisse. Eoque videtur Paulus *Sentent. l. 2. tit. 21.* respexisse, dum doteni vel antecedere, vel subsequi matrimonium dicit, & ideo aut ante nuptias, aut post nuptias dari posse. Plerumque enim dos, quæ post nuptias dabatur inter cætera munera, repotiorum die, uti ex Suidæ l. cit. constat, offerri solebat. vid. Jac. Rævard. *Conjectan. l. 3. c. 11.*

§. IV. Nec *Judeos* olim ea ignorasse, ex exemplo Christi *Job. II. v. 7. 8.* colligere licet. Ipse enim humani generis Servator ad nuptias invitatus amplissimis sponsum sponsamve muneribus donare voluit. Quod & in reliquis *Judæorum* nuptiis obtinuisse verisimile omnino est. Et hic quidem antiquissimus offerendi doni nuptialis modus etiam in, uti constat, apud nos in usu est, & constantissime, præsertim à tenuiori plebecula, observatur. Rævard. l.c.

§. V. Ad *definitionem* jam properamus, cum illa quasi fax & anima sit totius tractationis. Est autem illa ex Philosophorum traditis vel *nominis* vel *rei*. Sed de nominali verborum ac terminorum in rubrica occurrentium explicatione non adeo sollicitus ero, cum illam cuivis notam esse autem. Quis enim nescit, vocabulum *Donum* dici à donando *l. 194. ff. de V. Sign.* Quidam ta-

mén

men illud malunt deducere a Græco δῶσον, quia Veteres illud proprio donum appellabant, quod liberalitatis excendæ causa actutum & statim in manum quasi datur. Unde & Plinius *Lib. 33.* scribit, Græcos antiquos δῶσον appellasse palmum, & ideo δῶσα vocasse munera, quia manu darentur. Calvin. *Lex. Jur. voc. Donatio.* Moventur ad hoc etiam per *l. 35. §. 1. ff. d. mort. caus. donat.* ubi pro dono doro legendum esse putant. Calvin. *l. c.* Verum dicitur ibi saltem, quod, ut apud Græcos se habeat δῶσον καὶ δωρεᾶς, ita & apud Latinos se habere vocabula donum & donare.

§. VI. Est autem *donum* generale vocabulum ; & significat omne id, quod nulla necessitate, jure, officio cogente, sed sponte præstatur *l. 214. ff. de V. S.* ita ut etiam munera secum involvat *l. 194. ff. eod.* Qua vero occasio ne non immerito quativeris, cum donum ac munus in jure nostro passim sibi opponantur, ut in *l. 6. §. 3. ff. d. Officio Procons. l. 18. ff. d. Off. Pres. l. 47. d. oper. libert. l. 37. pr. do bon. libert. l. 44. §. 1. d. liber. caus. l. 6. §. 2. ff. d. L. Jul. Repe tund.* Ulpianus sane *d. l. 194. de V. S.* donum Genus, munus vero Speciem facit. Contra vero Marcian. *l. 214. ff. eod.* donum à munere ita distingvit, ut illud dicatur necessarium; hoc vero voluntarium sive spontaneum, tandemque tota res ita invertitur, ut munus Generis locofit ; donum vero Speciei vicem obtineat. Hottomanus equidem *in voc. Donum*, violentam textui manum infert, ita ut particulam non suo loco movendam, & ad vocab. donum referendam esse putet, ita : *Sed in summa, in hoc venium est, ut quocunque munus, id est donum accipiatur ; at non quod dorum fuerit, id munus recte dicatur.* Calvin. *l. c. voc. Donum.* Sed rejecta hac correctione optime JCros Ulpia-

Ulpianum ac Marcianum conciliari posse putamus, si dicamus, Marcianum hoc voluisse, quod non semper munus donum significet, sed aliquando & onus, si ad necessitatem referatur; sin ad liberalitatem, munus puta, domini Speciem, vid. l. 18. ff. d. t. ibique Goedd. axiom. i.

§. VII. Vocabulum *nuptiale* quod attinet, derivatur illud à nuptiis, quas vel à nubendo i. e. velando, vel à Nub & Nuba, quod germinare, augere & fructificare Hebreis est, appellatas fuisse, nobis perinde erit. D. Eckolt. ad ff. tit. d. ritu Nupt. §. i. Cypr. d. Sponsal. c. 5. §. 33. n. 4. & 5. Aliam derivationem tradit Hottmann. d. ritu nupt. c. 15. n. 6. qui nuptias à græco νύφη διctas esse vult, quam derivationem nos suo Auctori relinquimus. Nuptiale igitur nobis idem est ac quod in nuptiis adhibetur, seu ad nuptias pertinet. Sic dicitur carmen nuptiale, cursus nuptialis, faces nuptiales, convivium nuptiale. Calep. Lex. voc. *Nuptialis*.

§. VIII. Varia autem dona, quæ nuptiarum tempore offerri solent, nuptialium nomine venire possunt; sic datur donatio propter nuptias, it. dona, quæ crastino nuptiarum die, quam primum deposito flammeo sponsa visendam se præberet, à sposo ei dabantur, quæ alias vocantur θεώρητα, αναπλωτήρια, ἐπλήρια, προθετήρια, Hottom. l. c. c. 8. Huc quoque referri possunt arrha ac sponsalitia largitates. Item morgengaba, quæ altero die nuptiarum à marito uxori pro flore virginitatis mittitur. Carpz. J. F. p. 3. c. 33. def. 20. Verum nobis hac vice sermo tantum erit de iis donis, quæ à cognatis & invitatis convivis sposo sponsave offeruntur.

§. IX. Vocantur autem ista alias etiam munera nuptialia, vid. §. 3. b. cap. item nuptalitia, l. 194. ff. d. V. S. it.

xenia nuptialia, Græcis δῶρα ἐπαύλια, Hochzeit-Geschenke, Braut-Taffel-Gelder, Besold. Thesaur. Pract. voc. Hochzeit-Geschenke.

§. X. Describimus igitur donum nupcialis, quod sicut res quavis non prohibita, qua ex mera liberalitate, nullo iure cogente à propinquis ac ceteris invitatis convivis novis sponsis nupciarum tempore offeritur.

## CAPVT II.

DE

*Causa efficiente atque subiecto doni nuptialis.*

### S V M M A R I A.

- §. I. *Causa efficiens remota est benefica donantis voluntas, quem tamen non presumitur, sed probanda est.* II. Propinqua est consensus donantis & novorum sponsorum. III. Qui alias donare non possunt, nec dona nuptialia distribuere possunt, licet festivitati nuptiali interesse queant. Et tales vel sunt Natura vel Lege. Naturæ pupillus ac minores. IV. Furiosi. V. Prodigus. VI. Quid de Senibus dicendum? VII. Lege probibetur Filiis familiæ. VIII. Olim servi IX. Vasallus feudum dono dans. X. Offerunt regulariter dona nuptialia convive invitati, sive presentes sint, sive absentes. Q. An mulier ad nuptias invitata etiam aliquid de bonis dotalibus consentiente marito donare possit. XI. Excipiuntur ab his Pastores, quid donum offerre non necesse habent. XII. Subiectum passivum sunt sponsus & sponsa. Nec interest, an soli sponsa an sponsus donista tradita sint. XIII. Dissentient quidam. XIV. In foro Elector. Saxonico ea res dubium non habet, quod nempe ea, que in nuptiis sponsa

43 110 43

sponso ac sponsa donantur, utriusque simul acquirantur.  
XV. Q. An Dona nuptialis magis sint paraphernalia,  
quam dotalia?

226.

7.

§. I.

**C**ausam efficientem doni nuptialis remotam statuimus beneficam donantis voluntatem, quæ tamen non præsumitur, nisi probetur Wesenb. ad ff. d. donat. num. 4. Hinc si sponsus afferat, sibi ab aliquo domi nuptialis loco quid traditum fuisse; aliter vero se non donasse, sed commodasse saltē ad melius instruendam nuptiarum pompam dicat, sine dubio sponsō commodatum neganti & donationem afferenti incumbet probatio. Cum alia donatio sit facta, ac nemo suum jactare præsumatur, l. 25. ff. de probat. imo fatuitas potius præsumenda sit, Bald. in l. generanter C. d. non num. pecun. Et ideo, ubi alia, quam donationis conjectura capi potest, in dubio præsumio aut conjectura donationis sumenda non est, Dan. Moller. Semest. L. 3. c. 37. n. 1.

§. II. Causam efficientem propinquam dicimus consensum donantis & novorum sponorum. Invitus enim nemo donat, l. 27. ff. d. donat. l. 82. ff. d. R. J. neque ei recte donatur, l. 19. §. 2. ff. d. donat. l. 69. ff. de R. J. Wesenb. in ff. d. donat. n. 4. Magnif. Dn. Struv. Exerc. XL. lib. 8. & hinc nec ignorans donare præsumitur, l. 10. C. d. donat. nec ignorantib[us] bene donatur, nisi adsit, qui accipiat donationem eamque ratum habeat, l. 10. & 19. §. 2. ff. cod. Eckolt. d. donat. §. 4. Non ergo valet hæc donatio aliter, quam si sponsus ac sponsa, quibus donatur, sciant sibi donatum, eamque donationem ratam & gratam habeant. Undo inter absentes non nisi per nuncium vel aliam personam ad id destinatam, vel per epistolam fieri potest hæc donatio,

B - 2

tio,

88 ) 12 ) 89  
 tio, dummodo donatarii certiorati eam acceptent, arg. l.  
 10. ff. d. donat. l. 29. C. eod. Et hoc procedit, etiamsi post  
 consummatum matrimonium & peractas nuptias nuncius  
 demum advenerit, arg. l. s. pr. ff. d. donat. int. vir. & ux.  
 Quod si tamen alicui absenti ac nuptias celebranti donum  
 nuptiale quis mittat, poeniteat vero antequam ad locum  
 destinatum perveniat, queritur, an revocare illud possit?  
 Et arbitror, si nondum acceperit sponsus, optimo jure do-  
 nantem donum revocare posse, arg. l. 38. ff. d. acquir. pos-  
 sess. & per ea, quae habet Magnis. Dn. Struv. l.c. & Carpz.  
 libr. 5. Respons. 62.

§. III. In præcedente thesi dictum fuit, consensum  
 donantis ac novorum sponsorum requiri ad legitime  
 transferendum donum nuptiale, ex quo facile apparet, eos  
 qui consensum non habent, uti alias donare non possunt,  
 ita nec dona nuptialia distribuere valere, quamvis bene  
 nuptiarum festivitatibus interesse queant. Nonnullis autem  
 via ad donandum vel à natura, vel lege est præclusa. Na-  
 tura (1.) Pupillis ac minoribus, utope, qui nihil ex quo  
 conditio eorum sit deterior, sine tutoris aut curatoris au-  
 toritate gerere possunt, l. pupillus 5. §. 1. ff. d. autori & confi-  
 tut. vel curat. neque enim scire neque decernere talis a-  
 tas potest, l. pupillus. ff. d. adquir. hered. Quid, si autori-  
 tate tutoris, pupilli nomine dona nuptialia forori vel eti-  
 am matri aut ceteris cognatis data sint, anne tunc pupillo  
 imputari possunt? Et non imputari ea pupillo posse arbi-  
 tramur, sed regressum habet pupillus ad tutorem, qui ea  
 restituere tenetur, l. 13. §. ff. d. administ. ac peric. tutor. l. 1. §.  
 5. ff. d. tut. ac rat. distrab. Quibus obstare videtur, l. 12. §.  
 Cum tutor ff. d. admin. & per. tut. ubi tutor dona parentibus  
 cognatisve mittere jubetur. Sed facilis est responsio,

cum

cum textus ille loquatur de muneribus solennibus. Muneris nuptialis autem non fuisse solennia, ex d. l. i. §. 5. ff. d. tut. acrat. dif. satis apparet, quoniam haec magis voluntaria, illa vero necessaria Eckolt. ad ff. tit. d. admin. & per tut. §. 4. Gothofred. ad l. 12. §. 3. codem, Solennia enim munera tantum dicebantur, quae natali die, nec non dona quae Calendis Martii, quas matronae solennissime celebrant, quod eo die Junonis Lucinae aedes coli cepta sit, uxoribus offerebantur, vid. Rævard. Conject. l. 3. c. 4. Moribus tamen ab ista sententia in pronunciando pro varietate circumstantiarum receditur.

§. IV. II. *Furiosis*, arg. l. 23. §. 1. ff. d. *donat*. Referuntur autem illi vulgo ad duas classes. Unam eorum esse asserunt, qui continua mentis alienatione omni plane destituti sunt intellectu, l. 14. ff. d. offic. pres. Alterum eorum, qui dilucida furoris intervalla habent, arg. l. 20. §. 4. ff. *qui testam. fac. pos. l. 6. d. Curat. furios*. De prima classis furioso facile constat eum haut quamquam novis sponsis docere posse, l. 23. §. 1. ff. d. *donat*. De furioso vero alterius classis omnino affirmandum est, eum nuptiis interessere, ac munusculum offerre posse, modo in hisce intervallis, donationem fecerit. Cessante enim tunc causa, cessat effectus, arg. l. 9. C. *qui testam. fac. pos. ad d. Magn. Dn. Struv. Exerc. VI. lib. 37.* Idem dicendum de mente captis.

§. V. III. *Prodigiis* cum neque rationem, neque mensuram expensarum habeant, merito quoque haec interdicta est, donatio, quia rerum administratio ipsis interdicta est, l. 6. ff. d. *Verb. Obl. Arnold. de Reyger in Thesaur. Jur. voc. provig.* ne post vires patrimonii dilapidatas vitam in egestate peragere cogantur. Hinc in Jure nostro habentur pro furiosis in administratione bonorum, quoniam res suas

tuas recte disponere nequeunt, l. i. ff. d. Curat. furios. vel. at.  
extr. min. dand. Quod sitamen ante interdictionem bo-  
norum donum nuptiale dederint, ea nequaquam repe-  
re possint.

§. VI. Sed quid de *Senibus* dicendum, an & illis  
facultas hæc deneganda? Distinguendum puto inter se-  
nes illos, qui non corpore solum, sed & animi viribus  
consenserunt, quique non secus ac minores judicij infir-  
mitate laborant, ut adeo delirium quoddam ac pueritia  
accedat, & his omnino facultatem pro lubitu munera  
nuptialia distribuendi denegamus, arg. l. 16. C. d. donat.  
Non tamen idem sentiendum de his senibus, qui, licet  
atrate graves animi tamen atq; judicij robore nullijuve-  
num cedunt, & his senectus honori est, eorumque dona-  
tio omnino firma eoque acceptior esse debet, d. l. 16. & l. 3.  
pr. qui testam. fac. poss.

§. VII. Lege prohibentur (a) *Filiusfamilias* in peculio  
profectio absque consensu Patris, l. 7. pr. & ff. d. donat.  
l. 28. §. f. d. pac̄. l. 1. §. 1. ff. que res pign. quem tamen con-  
sensum non propter personæ conditionem, sed propter  
qualitatem rerum, quarum Pater plenam habet propri-  
tatem requiri tradit Eckolt. ad ff. d. donat. §. 5. Interim  
tamen non prohibetur tam ratione peculii castrensis vel  
quasi, l. quiteſtam. fac. poss. l. 3. C. d. caſtr. pec. milit. & pre-  
fect. quam. adventitii irregularis. Nov. 17. c. 1. §. 1. quoad  
hæc enim nullum plane præjudicium Patri affertur, cum  
in pleno filiifamilias dominio sint, arg. dict. Nov. 17. c. 1.  
De peculio tamen adventitio regulari donare non poter-  
rit, l. 8. §. penult. C. d. bon. que liber. quamvis quibusdam in  
locis etiam de hoc peculio recte donet, uti ex Jure Pro-  
vinciali Wurtenbergico constat, quo proprietatis Domi-  
nus,

nus, adeoque filius familias sine consensu patris usus frumentarii donare aliquando potest. Fürstl. Würtenb. Land-Recht p. 2. t. 31. Und so jemand ic.

§. VIII. Porro ( $\beta$ ) olim servis prohibebantur, cum nihil plane in dominio haberent, sed quicquid acquirebant, id Domino acquirebant, §. 3. f. per quas personas nobis adquir. l. 3. §. 8. ff. d. donat. inter virum & uxorem l. 28. §. 2. d. pac*t*. Verum cum sublata apud nos servitute prisca, servi aliquid proprii habere queant, merito quoque istis illa donandi facultas de mercede, quam pro operis suis accipiunt, conceditur.

§. IX. Vasallus ( $\gamma$ ) Feudum doni nuptialis loco dare non potest, cum in genere omnis plane Feudi alienatio illicita sit, 2. F. 9. 2. F. 44. 52. Et 55. De fructibus autem Feudi plane aliud statuendum, quia ratione illorum Vasallus perinde se habet ut Dominus. Hinc illos omnino recte munieris loco donare atque offerre potest, quousque vivit, Magnif. Dominus Struv. Synt. Jur. Feud. cap. XII. apb. 7. n. 1. 2. seqq.

§. X. Offerunt autem regulariter dona nuptialia Conviva invitati, sive praesentes sint, sive absentes mittant. De Jure tamen Saxon. Elector. nullus, licet invitatus sit, donum nuptiale recte mittit, nisi simul compareat, Ord. Polit. nov. tit. 15. §. 2. in verb. Diejenigen aber / so zwar eingeladen, aber nicht erscheinen, denen soll schencken / oder das Geschenke zu schicken / hiermit gänzlich verboten seyn. Quod si autem aliquis ad nuptias haud invitatus, e. g. peregrinus, ex liberalitate novis sponsis donum offerat, illud minime rejectum iri puto. Obtinet autem in quibusdam locis, ut singuli ex personis praesentibus singula dona dent; alibi si maritus & uxor ad sint, solus

solus maritus donum offerat, uxor vero nihil, alibi vero & maritus & uxor donent. Quoad postremum casum queritur: *An mulier ad nuptias invitata etiam aliquid de bonis dotalibus consentiente marito donare possit?* Et quod de his bonis regulariter dissentiente marito nihil alienare possit, certissimum est, sed an hoc ne quidem consentiente marito fieri possit, dubio non caret. Negantes in primis fundantur in l. 21. C. d. donat. & pr. f. quibus alienat. Verum, cum in istis textibus nihil de rejecto etiam consensu mariti reperiatur, affirmantium opinio videtur esse verior. Si enim maritus res dotales mobiles sive servando servari possunt, sive non, dissentiente licet uxore, recte alienat, arg. pr. f. quib. al. lic. vel non l. 3. §. 2. d. suis & leg. quid quæso obstat, quo minus uxor concessione sibi a marito facta ejusmodi donationem pecuniariam, cum in primis intuitu mariti invitata fuerit, peragere valide queat.

§. XI. Excipiuntur autem hic Pastores, qui quibusdam in locis convivio nuptiali gratis interesse, nec munuscum aliquod offerre necesse habent. Hi enim sicuti ad convivium, quod post baptismum paratur, *dem Gevatter. Essen.* nisi consuetudo in contrarium adsit, invitari debent, Carpz. l. 1. *Jurispr. Consil. def. 120.* aur, nisi hoc fiat, honorarium pro eo exsolvi debeat, Carpz. d. l. def. 121. Ita etiam merito quoque ad convivium nuptiale invitari & gratis adesse debent. Et quidem non immixtio. Requirit enim hoc debitum honestatis propter obligationem remanerationis, atque argumentum testandæ tam observantiaz erga ministerium, quam reverentia erga ministrum Dei, l. Cor. 4. Et hic nihil interesse putamus, an divites Pastores sint, necne, add. D. Gerhard. *in loc. d. minist.*

229.

7.

83 ) 17 ( 83

minist. Eccles. q. 514. Ord. Saxon. Eccles. art. gen. 24. vers. Und  
soll keine Entschuldigung angenommen werden, daß  
sie vorgeben, der Pfarrer sey ohne dem reich genug.  
Alibi etiam editius aut Ludimoderator gratis adesse de-  
bet, aut ei certa pars cibi ac potus, Eine Brautsuppe oder  
bescheiden Essen / uti vocatur, præstari solet D. Ziegler.  
*Dissert. d. Jur. virtual. cap. 4. n. 43.*

§. XII. *Subjectum passivum* constituimus sponsum & spon-  
sam, legitime matrimonium ineuntes ; ob arctam illam  
conjunctionem, qua non solum jure divino & canonico  
unum corpus unaque caro reputantur, *Gen. 2. v. 23. & 24. c.*  
*t. X. d. Conjug. Lepros. sed & Civ. Jure individuæ vitæ, l. 1. ff.*  
*d. rit. nupt. l. sic revum 52. d. rejudic. promiscui usus, l. 17. C.*  
*d. furt. l. 54. ff. d. legat. 3. Bocer. class. 1. disp. 9. tb. 1. lit. c.* om-  
nisque fortunæ socii efficiuntur. Hinc variorum secu-  
lorum locorumque populi, communionem inter virum  
& uxorem respectu bonorum ipsum Deum autorem ha-  
bere, naturalique æquitati, nec non conjugum amoris  
ac honori optime convenire statuerunt, & hæc passim à  
pluribus recepta JCtorum scriptis ac responsis declarata  
sententia fuit, cuius rei hinc inde tam apud Historicos,  
quam JCtos, vestigia extant. Sunt, qui, ut à Græcis valde  
commendatam, ita Latinis, ante tempora quoque  
Justiniani non incognitam fuisse, inde colligunt, quod  
sponsa in ædes mariti introducta, & à pronubis transpor-  
tata (pedibus enim limen tangere fas non erat) dicere ma-  
rito solita fuerit: *Ubi tu Cagus, ego Caja, h. e. ubi tu Domi-  
nus, ego Domina.* Hetruscis enim Verbum Cagus Do-  
minus significat, teste Joh. Gars. d. *Conjug. al. acqu. n. 23.*  
*Plutarch. in qq. 30. Columella l. 12. referente Tiraquelle in*  
*LL. Connubial. gloss. 8. n. 8. nibil conspiciebatur in domo avi-*

C

diuum,

482

43 ) 18 ( 83

duum, nihil quod aut *Maritus* aut *femina* proprium esse juris  
sui diceret. Huc referunt locum non in concinnum *Martial.*  
*l. 4. epigr. 75.* qui *nigrinam* prater dotem, etiam patrimoni-  
um reliquum viro tradentem refert:

*Te patris miscere juvat cum conjugē census*

*Gaudenter facio participique viro.*

Item *Ciceronis* dictum 2. *Offic.* ubi: *Prima*, inquit, *societas in*  
*Conjugio*, *proxima in liberis*, *deinde una domus*, *communia om-*  
*nia.* Et sane, si in leges nostras oculos vertimus, multa  
hanc communionem confirmantia reperimus documen-  
ta, prout sunt, participatio utriusque fortunæ, *l. 22. §. 7. ff.*  
*solut.* *matrim.* Dignitatis *l. 8. ff. d. Senat.* *l. 13. C. dign. l. ult.*  
*C. d. incol.* & ubi quis *domic.* *Nov.* *105. c. 2.* Domicilii atque  
fori, *l. 65. ff. d. Judic.* *d. l. ult.* & *l. 13. C. d. dignit.* Nec non  
privilegia maritorum, etiam personalia, uxoribus com-  
municentur, *l. 6. ibi una cum uxoribus C. d. Profess.* ex quo  
fluxisse mihi videtur, quod etiam hodie viduæ artificium,  
& mercenariorum, id artificium quod defunctus maritus  
exercere solitus fuerit, per servos idoneos, etiam in his ar-  
tificiis, in quibus nullus nisi probatus & juratus admittitur,  
exercere possint Petr. Costal. *in l. femina* *§. ff. d. Senat.*  
*Matth. Stephan. d. Jurisd.* *l. 1. c. 14. n. 17.* Kitzel. *Synops. ma-*  
*trim.* *c. 7. tb. 10. lit. e.* eademque illis reverentia debeatur,  
*l. 1. C. d. in jus voc.* adeo, ut injuria ipsis facta, maritis facta  
censeatur, *l. 2. C. d. injur.* Kitzel. *l. c. add.* Sutholt. *Diss. 2.*  
*tb. 20. Cypro. d. Sponsal.* *c. 5. §. 14. n. 3.* Hinc merito quoque  
ob societatem hanc conjugalem dona nuptialis utrique  
conjugum communia statuimus, quamvis intentionem  
convivarum donantium, qui utrique donatum acquiri cu-  
piunt, & legis dispositionem specialiter ea quælibus  
conjugalibus annumerantem, hic multum quoque con-  
ferre,

ferre, lubentissime fateamur. vid. D. Lauterb. *diff. d. societ. honor. conjug. c. 3. §. 23.* Nihil proinde interesse putamus, an soli sponsæ, an sponso dona ista tradita sint, cum consuetudo locorum mens, atque intentio convivarum inspicienda sit, qui absque dubio utrique tam Sponso quam Sponsæ donare voluerunt, licet uni saltem tradiderint, arg. *l. 4. l. 10. ff. d. donat. l. 6. C. eod.* Carpz. *p. 3. const. 22. def. t.* His adde, quod cum matrimonium species quædam sit societatis, *§. 1. J. d. patr. pot. l. 1. §. 3. ff. d. Justit. & jur. l. 1. ff. d. ritu nupt.* in societate autem, quicquid socius ex causa societatis acquirit, illud cum altero participare tenetur, *§. 1. J. d. Societ. l. 29. §. 2. ff. eod.* hinc etiam dona nuptialia inter sponsum ac sponsam communia esse debent. Et hanc sententiam æquissimam judicat Hahn. ad Wefenb. *d. jure dot. n. 11. ad f. add.* Treutl. *Vol. 2. Diff. 7. ib. 10. lit. c.* Besold. *Thesaur. pract. voc. Hochzeit-Geschenke.* Et hanc etiam obtinere in Jure Provinc. *Würtemb. p. 3. tit. 7.* Wann Eheleute, ibi: solle an allen in wehrender Ehe errungen und gewonnenen Gütern / (darunter auch dasjenige, was den Eheleuten zu ihrer Hochzeit verchret worden zu rechnen) jedem Ehegesmahl ver halbe Theil gehördig seyn / test. D. Lauterb. *l. c.*

§. XIII. Equidem non ignoramus, quosdam suisse, qui ab hac sententia recedere voluerunt. Sic Bartholus in *l. 10. §. 5. ff. d. vulg. & pup. subst. n. 4.* distinctionem fecit inter dona amicorum cognatorumque Sponsi & Sponsæ. Hinc Sponsi amicorum dona Sponsō; ast Sponsæ amicorum dona sponsæ cedere statuit. Et hanc sententiam sectuos olim suisse Scabinos Lipsenses asserit Moller *ad Const. Elect. p. 3. c. 22. n. 1.* Verum, quid respondebit Bartolus ad dona extraneorum, qui nullius conjugum cognati sunt?

ti sunt? Altum plane de his tenet silentium, ut proinde nullius momenti distinctio hæc esse videatur. Contra vero Lud. Rom. Conf. 172. n. 2. & alii à Mandosio in addit. ad eius und. allegati, ut & Jason. in d. l. 10. §. ad substitutos n. 9. ac eum sequens Zafius lib. sing. intellect. c. 9. ea, quæ sponsæ donantur, etiam si à consanguineis sponsi & ejus contemplatione donata sint, ad sponsam tamen, non ad sponsum pertinere asserit. Rationem addit Zafius hanc, quod in donationibus non tam, cujus contemplatione illæ fiant, sed cui tradantur, inspiciendum sit, & quod quis amico aut cognato donare cupiat, ipsi dare facillime possit, nec opus habeat ejusmodi circuitu, ut sponsæ vel uxori ejus det, quod ipsum habere velit Moller. l. 2. Semel. c. 42. n. 1. Verum, cum thesi præced. probatum sit, etiam illud, quod sponsæ datum fuerit, sponso commune esse, facile ratio Zafii corruit, cum utique mens atque intentio donantur, & cujus contemplatione donatio fiat, inspici debeat. Non desuerunt quoque, qui ad solum sponsum ista dona pertinere statuerunt, quos refutatos vid. apud Carpz. Jp. For. p. 3. c. 22. def. 1. Aliam sententiam favere videtur Brunnem. Cent. 2. decis 68. n. 5. qui dona à cognatis oblata Sponsa ex asse debiri, cetera autem ex parte dimidia asserit. Allegat equidem pro sua sententia Carpzov. p. 3. conf. 22. def. 1. Sed hunc contrariam potius sententiam tueri, cuivis ex lectione allegatae definitionis constare facillime poterit. Et ipsem Brunnem, sibi quodammodo contrarius videtur, Cent. 4. decis. 50. n. 2.

§ XIV. In foro Electorali Saxonico hæc res minus habet dubii, cum juxta p. 3. conf. 22. ea, quæ in nuptiis sponso ac sponsa donantur, utrius simul acquirantur. Et hoc procedere à quocunque tandem donata fuerint,

Panorm.

Panorm. in. c. 2. x. d. Donat. n. 2. vir. & uxor statuit, Dani. Moller. ad const. cit. §. 2. & Semest. L. 2. c. 42. num. 2. Carpzov. l. cit.

§. XV. Commode autem hic queritur; *An dona nuptialis pro dimidia parte, quam sponsa accipit, ad dotalia, an vero ad paraphernalia ejus bona referri debeant?* Equidem, si nuptiæ impensis parentum sponsæ factæ & dona illa expresse ob impensis in nuptias factas in doteim data sunt, tunc res caret dubio, cum conventio det legem contra-ctui. Quod si vero nihil plane de iis convenerit, de Jure civili magis paraphernaliorum, quam dotalium qualita-tem habere videntur, cum non ea intentione à convivis dentur, ut dos sit, ac in dubio bona, quæ quis una cum uxore accipit, non dotalia sed paraphernalia censeantur se-und. Dd. vid. Georg. Franzk. 2. Resol. 5. n. 76. Menoch. l. 3. præf. 8. D. Struv. Exerc. 30. tb. 6. Dotis enim constitutio facti est l. 1. c. d. dot. caut. non num. nec præsumitur, sed proban-da est l. 12. §. 2. ff. d. capt. & post l. revers. l. 13. §. f. d. publ. in remact. Faber in C. libr. 5. tit. 7. def. 18. n. 2. Gail. 2. obser. 32. Nihilominus tamen hodie usū fori & ex mente Dd. an-numerari solent doti, non quidem ex ea ratione, quod qualitas eorum in se spectata talis sit, sed potius ratione effectus præprimis prælationis, quippe quæ juris positivi est, & consuetudine introduci potest. D. Richter. d. Con-curs. Creditor. c. 3. scđt. 1. n. 80. seqq. Berlich. p. 3. concl. 37. n. 16. Carpzov. p. 1. const. 28. def. 88. & p. 3. const. 22. def. 6. vid. JCTiss. D. Roth. Antecessor Salana hujus celeberrimus in di-sert. d. jure parapbernorum cap. 4. qui secundum hanc sen-tentiam nuperrime à Magnif. JCT. hujus Acad. pronun-ciatum suisse testatur. Accedit, quod supra dicta regula, quod nimis in dubio bona uxoris magis paraphernalia

sicut, quam dotalia, casset, si conjecturis probari possit,  
 bona dotis causa data esse, quam conjecturam hic inducit  
 ad minimum traditio vera a muliere facta marito tempo-  
 re contractus matrimonii. Tacitum enim subesse pactum  
 censetur, ut dotis nomine habeat, Faber Cod. lib. 5. tit. 7.  
 def. 18. n. 5. aut si marito fuerint illata, sub titulo, Hey-  
 raths-Guth / tunc enim non bona paraphernalia, sed  
 dotalia saltem intelliguntur, quia ex consuetudine Germ.  
 vocab. istud ita, testante Carpz. p. 1. c. 28. def. 81. receptum  
 fuit; quod autem moris est, observatum esse censetur  
 per l. 31. ff. d. adil. edit. Hinc ita pronunciarunt Dn. Scab.  
 Lips. teste Carpz. ib. Ob gleich unter dem Wort Hey-  
 raths-Guth alleine das Ehegeld, und nicht die para-  
 phernalien / oder was die Frau sonst zu ihrem Man-  
 ne gebracht, zu verstehen, ic. add. D. Roth. l. c. c. 1. lib. u.  
 Quod si tamen paraphernaliorum qualitas expresse in pa-  
 ctis dotalibus donis hisce assignata sit, id quod in compa-  
 cissentium voluntate positum est, merito etiam hodie il-  
 lis acquiescitur vid. Const. Elec. 22. p. 2. in fin. ibi. Da aber  
 in denen Ehestiftungen, Statuten oder Gewohnhei-  
 ten hier von gewisse Verordnungen wären denensi-  
 ben wird zuförderst billich nachgelebet / und darauf  
 soll von unsren Gerichten also erkannt werden,

### CAPVT III.

DE

*Objecto, forma ac fine doni nuptialis.*

### S V M M A R I A.

q. 1. Objicuum Doni nuptialis possunt esse quevis res non pro-  
 bibita,

bibite. II. Quale ac quantum quis donare velit, in cuiusvis arbitrio est; Nisi per Statutum certus modus sic prescriptus. III. Proponitur Casus. IV. Dari solet donum statim, vel promitti. V. Si res donata fuerit aliena, num Donator novis sponsis teneatur ad evictio-nem? VI. Donum nuptiale si 500. solidor. summam ex-cedat, insinuatione opus habet, ut ceterae donationes. VII. Forma donandi exponitur. VIII. In quibusdam locis primo, alibi secundo, in alio die tertio offertur. IX. Quisnam finis sit.

## §. I.

**O**biectum doni nuptialis possunt esse quævis res non prohibitæ. Forum nomine autem plerumque ve-nire solet ex communi consuetudine pecunia numerata; quamvis etiam haud raro stannea, argentea atque aurea vasa (Pocæ) ut & catenas aureas, in primis apud splen-didioris fortunæ homines donari videamus.

§. II. Est vero in cuiuslibet libero arbitrio, quid, quale ac quantum donare velit, cum ejusmodi dona sine voluntaria, nec perquam necessaria, l. i. §. 5. ff. d. tutel. ac ration. distractab. tamen cavendum, ne limites, qui alias in do-natione in genere observandi, quis egrediatur. Quod si vero per statutum certus donis hisce modus præscriptus sit, ultra quem donare non liceat, merito illud observan-dum esse statuimus. Sic in Ord. Polit. Elec. noviss. tit. 15. **Wie es mit Hochzeit-Geschenken gehalten werden soll / permittitur quidem cognatis ac peregrinis pro lubitu donare, præter illas tamen personas nemini ultra Thalerum, vel aureum Rhenanum, aut ad summum Duca-tum donare conceditur.** Verba §. 2. dict. tit. ita se ha-bent:

bent: Afferhalb der jeko gemeldren Personen (exceptis nimirum patre, matre, fratribus, sororibus, consanguineis, & peregrinis, de quibus §. 1. l. c.) sollen die andern eingeladenen Hochzeit-Gäste, ein jeder seinem Stande und Verwandtus nach hierinnen eine solche Maasse halten, damit durch seine Schenkung zu keiner Neuerung, und andern, um Vermeidung Schimpffs willen mit dergleichen Geschenke höher, als sich wohl sonst zu thun gebühret, nachzufolgen Ursach gegeben werde, und darmit hierunter eine Gewissheit sey, soll nach Gelegenheit der Person über ein Thaler / ein Goldgulden / oder zum höchsten ein Ducaten / von ein paar Eheleuten, nicht geschenket werden. II.

§. III. Casus est: Mævius invitatur ad nuptias cognati sui. Cum vero propter urgentia impedimenta ipsomet in nuptiis comparere nequit, per literas rogat Titium, ut loco sui nuptiarum festivitati interesse, peractaque gratulatione ac voto, donum, quod se mox restitutum promittit, novis nuptis offerat, queritur, quid, quantumve Titius Mævii loco donare debeat? Evidem vix putamus, aliquem de facili commissionem ita alicui datum, nisi eundem simul instruat, quid donare debeat. Quod si tamen forte casus ita acciderit, quid statuendum? Nos ante omnia conditionem Mævii inspiciendam esse existimamus, an dives sit, an vero mediocris, an tenuioris fortuna. Et deinde quid alias dare solitus fuerit, aut tunc loci moris sit. Ita, ut si forte Titius splendida dona offerat, Mævius vero non adeo dives sit, eum non teneri omnia restituere Titio verius est, sed tantum ordinariam summam, quam alias dari ab ejusmodi persona moris est.

Quod

Quod si tamen Mævius nec id restituere velit, quod alias donare solitus fuerit, eum actione mandati aut negotiorum gestorum à Titio conveniri posse, omnino statuendum, quippe cum Titius se geslerit solito more, quo etiam ipse metus principalis invitatus usus fuisset, si adfuerit.

§. IV. Dari autem solet hoc donum vel statim numerato & ipsis nuptiarum diebus; vel promittitur saltem ac solutio differunt. Quod si tamen ea non fiat, institui potest Condicatio ex lege, quoniam censetur pactum legitimum, à Justiniano confirmatum, ut actionem producat, l. 35. C. d. donat. arg. l. 6. ff. d. pact. junct. l. unic. ff. d. condic. ex leg. Moribus nostris hoc minus dubii habet, cum ex quovis pacto etiam nudo actio detur, Dn. Stuv. Exerc. 6. tb. 17. Carpzov. p. 2. c. 19. def. 17.

§. V. Quid res donata, forte an, quod aliena sit, evicta fuerit, queritur: *an donator novis sponsis teneatur ad evictionem?* Et respondemus, eum minime teneri, l. 18. §. f. ff. d. donat. l. 2. C. d. evict. l. 61. ff. d. edict. l. 131. ff. d. V. O. ne alias liberalitas sua ei damnosa sit; nisi expresse promissum fuerit à donatore de evictione, & tunc absque dubio tenebitur, l. 2. C. d. evict. quia contractus ex conventione legem accipiunt, l. 1. §. si convenientia depos. Interim tamen bene agi poterit de dolo, si is intervenerit, l. 18. §. f. ff. d. donat.

§. VI. Donum autem nuptiale, ut cæteræ donations, si 500. solidorum summam excedat, insinuatione opus habet, cum nullibi excipiatur, arg. §. 2. f. l. 36. §. f. C. d. donat. Omnis enim donatio excessiva indiget insinuatione, l. 36. C. de donat. Jam vero donum nuptiale est & manet donatio sive donatio. Quod igitur convenit generi universo, idem etiam necessum est omnibus

D

ejus

ejus speciebus conveniat. Id vero receptum est, non solum ad commodum Reipublicæ, ne quis scil. male re suatur, §. 2. f. d. bis qui sui vel al. jur. sed & ad excludendas fraudes & persuasions, quibus publicorum actorum testimonium occurrere voluerunt, l. 27. C. d. donat. Eckolt. adff. d. donat. §. 7.

§. VII. Formam quod attinet, ea ex parte convivæ donantis consistit in animo donandi, nullo jure cogente, solum liberalitatis causa, l. 29. pr. ff. d. donat. ex parte novorum conjugum in animo donum isthac accipiendi, cum donatio sine acceptatione nulla sit, l. 10. & l. 19. §. 2. ff. eod. Animus autem iste donandi elicitor ex traditione reali doni nuptialis, arg. l. 6. 29. §. 1. eod. l. 1. 7. 28. & 35. §. 5. C. eod. vel promissione, l. 9. & 11. ff. d. pollicit. Respectu vero novorum conjugum animus ille cognoscitur, si rem donatam hilari gratoque animo accipient, D. Eckolt. l. c. §. 7. Nihil autem refert, an traditio vera, an facta intervenierit, ut puta, si invitatus conviva donet rem, quæ jam est penes sponsum vel sponsam, arg. l. 9. §. 5. ff. d. acquir. rer. domin. aut, quando donator accepto tulit donationis causa, quod sponsus vel sponsa debebat, arg. l. 32. §. 23. ff. d. donat. inter vir. & uxor.

§. VIII. Obtinet autem in quibusdam locis, ut donum illud primo nuptiarum die offeratur, alibi, ut secundo aut tertio die tradatur. Nos hic cuivis loco consuetudinem suam, relinquimus, & nihil interesse putamus, an primo, an secundo, an tertio nuptiarum die donatio ista fiat. In Jure tamen Saxon. Elect. Ord. Polit. l. c. §. 8. specialiter depositum est, ut, quamprimum copula sacerdotalis facta, præprimis in nuptiis, quæ post meridiem initium capiunt (auf Abend-Hochzeiten) donatio illa pera-

peragatur, verb. Als soll in künftigen auf den Abends Hochzeiten ein jeder Eingeladener sein Hochzeit-Geschenke, sobald man aus der Kirchen kommt, vor oder bey der Mahlzeit, in Städten und auff'm Lande/ neben gebührlicher Glückwünschung / überantworten.

§. IX. *Finis doni nuptialis primarius est, ut donator liberalitatem atque munificentiam suam exerceat;*  
*arg. l. i. pr. ff. d. donat. l. i. C. d. revoc. donat. l. 214. ff. d. V. S.*  
*Wesenb. aff. d. donat. n. 7.* Spectatur autem ille vel ex parte donantis ; vel ex parte donatariorum , novorum nimirum conjugum. Respectu illius est honesta affectio, qua novos sponsos prosequitur eosque juvare vult , *l. 5. ff. d. donat.* Respectu vero horum est honestas vel cognatio, qua invitatos ad liberalitatem exercendam moveret.

## CAPVT IV.

D E

### Effectu.

#### S V M M A R I A.

I. Effectus don. nupt. est, ut in novos Conjuges dominium vel conditio usucapiendi transferatur , manente dimidia parte sponsō , altera sponsa propria. II. Q. Si prima nuptiarum die ante consensionem tbalami sponsa moriatur, num dimidia pars donorum ad sponsam alias spectantium pertineat ad sponsum ? Afferuntur rationes affirmantium , remissive negantium . Quid obtineat de Jure Saxonico ? III. Sponsa mortuo sponso ante consensionem tbalami dimidiari suam partem donorum nuptia-

D 2

linum

lium repetere potest. IV. Matrimonio per consensum  
 nem thalami confirmato maritus defuncta uxore omnia  
 & integrum retinet dona nuptialis. Quid, si liberi ad sint?  
 V. Excipiuntur ea, que ad Gerardam pertinent. VI. Ex  
 ejusmodi nihil lucratur Maritus. Alter & res habet, si  
 marito ex bonis defuncte & uxoris certa portio per pacta do-  
 talia fuerit assignata. VII. Quid juris competit Vidua  
 quoad d. n. Ratione sua dimidia partis habet privile-  
 gium prælationis. Si vero imperiis Parentum sponsæ  
 nuptiale convivium celebratum fuerit, earumque nomine  
 dona nuptialis per conventionem in dotem dota fuerint,  
 tunc defuncto marito uxor omnia & singula dona nuptia-  
 lia repetit. Et ratione horum jus tacita hypotheca habet  
 in bonis Mariti, ac mortuo eo præ reliquis Creditoribus  
 anteriorem hypothecam non habentibus ea accipit. VIII.  
 Q. Si defuncto marito ex donis nuptialibus nihil extet?  
 IX. Oppignoratis donis nuptialibus à marito quis ea post  
 mortem ejus lucre debet, an Vidua, an Heredes mariti?  
 X. Si de quantitate non constet? Distingv. XI. Sunt  
 Casus, quibus vidua nihil plane de donis nuptialibus acci-  
 pit. Ut pote si portionem statutariam accipere malit.  
 XII. Sic certi min. pactis dotalibus partem ex bonis mariti  
 accipiat. Si uxor nobilis petat dotalitium, morgengä-  
 bam, & cibaria domestica. XIII. Habet mulier rati-  
 one horum donorum jus retentionis. Q. Si heredes ne-  
 gent quantitatem donor. nupt. mulier vero quasdam res  
 Xenia nuptialis esse affirmet, heredes vero contradicant?  
 Q. an durante processu relinquenda sit in possessione ho-  
 rum? XIV. An maritus accusans civiliter uxorem  
 de adulterio, retineat Xenia nuptialis? XV. Q. Si  
 quis uxorem ducat, quam postea ob stuprum ante nuptias  
 com-

commisum legitime convictam, retinere recusat, an illa dona nuptialis integra retinere possit? XVI. Quid, si per divorcium fuerit solutum matrimonium?

## §. I.

**E**ffectus doni nuptialis est, ut in novos Conjuges dominium vel conditio usucapiendi transferatur. Manet vero absque dubio dimidia pars donorum nuptialium sponsi; altera vero pars sponsæ propria, arg. l. ult. C. d. pact. convent. l. 9. §. 3. d. jur. dot. Cum vero maritus sit administrator bonorum uxorius, l. 21. C. d. procur. ibique Dd. etiam horum administrationem, imo usumfructum conflante matrimonio eum habere dicendum est, arg. d. l. ult. C. d. pact. conv. De Jure Saxonico, cum maritus usumfructum omnium bonorum uxorius habeat, Land. R. L. l. art. 3. Et art. 45. res omnino expedita est, Dn. Struv. Exerc. 29. tb. 56. Potest quoque maritus ea alienare, quia res dotales mobiles recte alienat, vid. Ludw. disp. 6. tb. 12. & hinc multo magis hæc dona plerumque pecuniaria recte alienabit, nisi immobilia quædam bona sponsæ fuissent donata, tunc enim contrarium facile concesserim.

§. II. Sed quid, si prima nuptiarum die ante consensionem thalamis sponsa moriatur, queritur: ad quem pertinet dimidia pars donorum ad sponsam alias spectantium? De Jure Civili pro Sponso pugnat (I.) quod sponsa de præsenti sit uxor, l. 15. ff. d. cond. & demonst. l. 8. C. d. incest. cum solus consenserit, non concubitus, matrimonium faciat, d. l. 25. l. 32. §. 13. ff. d. donat. int. vir. l. 30. ff. d. R. 7. Imo coniuges sunt, etiam si corpore nunquam convenerint. Hinc sponsa debet lugere mortem sponsi, tanquam viri sui, l. 2. l. d. sec. nupt. (II.) quia in materia odiosa & penali sub

uxore quoque comprehenditur sponsa, l. 12. §. 3. ff. ad l.  
*Jul. de adult.* Ergo multo magis debet comprehendere  
 sponsa, præprimis per verba de præsenti talis, utpote in  
 materia favorabili, qualis est successio, Gail. u. obs. 80.  
 (III.) l. 22. C. d. Nupt., ubi Theodosius constituit, pompa  
 celebritatisque nuptiarum omissionem matrimonii fir-  
 mitati non obesse. (IV.) d. l. 15. ff. d. cond. & demonst. ubi  
 legatum relictum alicui, si cum Berta matrimonium con-  
 traxerit, ei debetur, si tantum Sponsalia contraxerit, po-  
 sito, quod puella interim, antequam matrimonium fue-  
 rit consummatum, moritur, quia conditio illa est perfe-  
 cta ob rationem, quam subiicit JCtus: Quia non con-  
 cubitus &c. (V.) l. 5. C. d. bon. qua lib. ubi, idem: quod  
 in lucris donalibus ratione conjugum obtinet, etiam ad  
 desponsatas personas applicari statuit Imperator. In Ju-  
 re Canonico affirmantium opinio videtur te fundare (a)  
 in 27. dis. qu. 2. ubi verba Ambrosii referuntur: Cum ini-  
 tiatur conjugium conjugii nomen ascitur. Nam defloratio vir-  
 ginitatis non facit conjugium, sed pactio conjugalis. Denique  
 cum mulier viro conjungiatur, conjugum est, non cum viri ad-  
 junctione cognoscitur (b.) in c. conjux, 27. qu. 2. ubi Augustini  
 verba referuntur de conjugio Josephi & Mariæ. Condux  
 vocatur à primæ desponsationis fide, quam concubitu  
 non agnoverat Joseph, nec fuerat agnitus &c. Acce-  
 dit, quod in sacris literis sponsa uxor appelletur, ideoque  
 negari non posse coantendunt, quod inter Sponsum &  
 Sponsam verum sit matrimonium. Sic Deut. 22. sponsa  
 uxor appellatur, & Matth. 1. Maria Josepho desponsata,  
 sed nondum dicta & accepta uxor dicitur. Et Jacob Ge-  
 nes. 29. de Rachele sibi tantum desponsa: Trade, inquit,  
 mihi uxorem meam. Ita & sacra literæ sponsos generos  
 appell-

appellant, Genes. 19. Quid negantes reponant, vid. apud  
Carpz. Jurispr. Conf. defn. 130. & 134. De jure Saxonico  
in aperto est, Sponsorum nihil ex dimidia parte Spon-  
sa mortua ante concessionem thalami lucrari: Er ha-  
be denn das Braut-Bette beschritten / und den Ehe-  
stand mit ehelichen Beyschaffen vollzogen, artic. 45.  
Land-R. Cypr. d. matrim. c. 3. §. 4. num. 3. 4. & 5. Beust.  
d. jure connub. c. 67.

§. III. Sponsa mortuo sponso ante concessionem  
thalami nihilominus dimidiā suam partem donorum  
nuptialium petere potest. Quamvis enim de Jure Saxo-  
nico ante concessionem thalami minime petere possit  
ea, qua ex statuto vel pactis dotalibus alias ex bonis spon-  
si defuncti sibi debentur, art. 45. lib. 3. Land-R. & Conf.  
Elect. 19. p. 3. Schneidw. ad pr. f. d. hered. ab intest. tit. d.  
success. int. vir. & uxor. n. 21. Dan. Moller. Semest. L. 3. c. 23.  
n. 5. hinc quoque ejusmodi sponsam post obitum sponsi  
habitu virginali incedere posse Seabini Lipsenses, teste  
Mollero l. c. judicarunt, an bene quidem? Attamen, do-  
na quod attinet nuptialia, cum illorum dimidiā quoad  
partem statim fiat Domina, eique propria cedant, ut su-  
pra demonstratum est, hinc ea omnino repetere potest,  
cum bona propria Sponso illata repetere nusquam prohi-  
beatur. Carpzov. f. F. p. 3. conf. 22. def. 8.

§. IV. Consummato autem matrimonio, & per  
concessionem thalami confirmato, de Jure Saxonico,  
defuncta uxore maritus superstes omnia ac integra reti-  
net dona nuptialia. Hoc enim jure maritus succedit in  
omnia bona mobilia uxoris defunctæ: Nach Absterben  
der Frauen erbet der Mann nach Sachsischen Rech-  
ten / alle fahrende Haabe, Paarschafft, Silber- Ge-  
schirr,

schirr, und andere Fahrnüs, außer der Stück, so  
 zum Gerade gehörig. Verba art. 3. L. 1. sic habent:  
 Nimmt ein Mann ein Weib, so nimmt er alle ihre  
 Güter in seine Gewehr / als ein Vormund / und stirbt  
 das Weib / sie ererbt keine fahrende Haab / außer-  
 halb der Gerade und eigen (i. e. bona immobilia, ut ex-  
 plicat Mauser d. Nupt. in prooam.) Carpz. l. c. c. 33. p. def. 26.  
 D. Richter. d. success. ab intest. s. 4. membr. 2. D. Struv. Ex-  
 erc. 38. tb. 41. D. Strauch. Diff. II. tb. 30. Cum autem ejus-  
 modi doua plerumque in sola pecunia numerata, quæ re-  
 bus mobilibus annumeratur, consistant, merito ea om-  
 nia post mortem defunctæ conjugis marito cedunt. Si tan-  
 men immobilia quædam bona sponsæ fuissent donata, ea  
 non ad maritum; sed ad heredes uxoris pertinere, art. 31.  
**L. 1. Land-R.** satis evincit. Quod si uxor defuncta plane  
 non habeat bona immobilia, & tamen liberi legitimi ad-  
 fint; vel si quidem habeat bona immobilia, ea autem  
 non sufficient ad legitimam, tunc tantum ex donis nupti-  
 alibus defunctæ ad liberos pertinebit, quantum opus est,  
 ut iis salva sit legitima, ex bonis universis defunctæ matris  
 debita, Beust. d. Matrim. p. 2. c. 67. Moller ad Conf. 22. p.  
 3. n. 2. & Semestr. L. 3. c. 42. n. 3. Carpzov. d. l. conf. 22. def.  
 2. D. Struv. l. c.

S. V. Excipiuntur vero ea, quæ ex his donis ad  
 Geradam pertinent, & quorum usum custodiamque u-  
 xor, dum viveret, habuit, und die Frau bey ihrem Le-  
 ben gebraucht und in Verwahrung gehabt / verba  
 Conf. 22. p. 3. Hinc non immerito quæritur: quænam  
 illæ res sint, quæ ad Geradam pertinent? Et Dd. inter eas  
 varia recensent, quæ ut melius de hoc themate constare  
 possit, huc transcribere lubet, idque, ut rectius intelliga-  
 tur,

wor, in lingua vernacula, cum latine hæc redditæ obscuritate aliquâ pariant. Pertinent itaque ad Geradam der Frauen Kleider, aller Weiblicher Schmuck, an Ketten, guldens und silbernen Ringen / Gürtern / Armbänder / Halsbänder und andere Kleinodien / so ihr gewesen und sie getragen hat. Alles leinen Geräthe / geschnitten und ungeschnitten, wenn es gleich mit des Mannes Nahmen bezeichnet ist. Alle Feder-Bette / Pfuhl / Küssen / Leilachen / Lischlachen / Handquallen / Bett- und Decklachen / Schleyer / Beeten, Leuchter / die nicht angehänget / geschlossene Federn, Kissen / Kasten / Baden / Truhen / Schränke alles Garn, roh und ungesotten, gezwirnet oder nicht, Waschkessel, Umbe- und Vorhänge / Teppiche / alle Weibliche Kleider / genähert oder ungenähert, fieseneyn leinen, wollen / seiden, auch die geschnittene gezierte Fingerringe / oder Ringe, Häfste, alles Gewürck an Gold und Silber zur Frauen Zierd gemacht, Schmelzrosen, silbernen Gürtel, Perlen, Hauben / Borden / Schnüre Corallen / gekrümte Gulden so die Frau an Hals oder Händen getragen, Bücher / darinnen die Frau gelesen, Spinnröcke, Bürsten / Spiegel / Kämme, Scheren, Milchgefäß, Weissen / Würckrahmen / Handbecken, guldens oder silberne Stifft, und andere Sachen mehr / so in posses darzu gehörige, als Salvete u. Ex his tamen Carpzov p. 2. c. 14. def. 45. excipit aureos incurvatos, baccas corallii, uniones seu margaritas, quando nimisrum hæc omnia filio haud intorta, & suniculo vel vestimento non attexta sunt, Schmelzrosen / Stifft / unangenähete guldene und silberne Knöpfe, unangenähete Körner, unangenähete und versetzte Perlen /

E

Perlen /

Perlen, gekrümmte Goldgulden oder Goldstücken / wenn solche nicht ussgenehet / angereihet / angehesset, und angewürcket, sind nicht zur Gerade, sondern zum Erbe gehörig.

§. VI. Quod si igitur quædam ex his recensitis in bonis defunctæ ac donis nuptialibus reperta fuerint, ea que maritus novellæ uxori ad utendum tradiderit, maritus sane ista non lucrabitur, sed uxor defuncta illa transmitit ad filias, si quas reliquit, vel ad proximas cognatas, Land-R. art. 27. & 31. L. 1. & ita responderunt Scabini Lipsienses Anno 1575. Dass nach Ordnung Sächsischer Rechte / und Thürfürstl. Constitution, alle das Silberwerck / so euch und euren Weib auf der Hochzeit geschenket / oder ihr sonst von den iibrigen verehret worden, außerhalb der Stücke zur Gerade gehörig / als fahrende Haab auf euch alleine gebracht und versässt. Carpzov. l.c. def. 4. Decis. Elect. 51. Alter res habet, si marito ex bonis defunctæ uxoris certa portio per pacta dotalia fuerit assignata. Tunc enim nihil ex bonis defunctæ accipiet, nisi portionem sibi ascriptam, nec dimidiam simul donorum uxoris partem lucrabitur. Carpzov. de t. def. 5. & Decis. noviss. cit.

§. VII. Vidimus hactenus de Jure mariti in defuncta uxoris partem donorum competente. Nunc etiam quædam de JURE VIDUÆ marito mortuo quoad dona nuptialia adjiciamus. Repetit ergo uxor marito defuncto partem suam dimidiam donorum, & ratione illorum privilegium prælationis habet. Carpzov. p. 1. c. 28. def. 88. n. 4. seqq. ubi in Scabinatu Lipsiensi ita pronuntiatum resert: Da euers Ehemanns Gläubiger in seinen Gütern nicht ältere, ausdrücklicher (sicque propter p. 88.)

7.

63 ) 35 ( 63  
 i. c. 23. & Ord. Proc. Jud. tit. 43.) Verpfändung / oder  
 sonstens bessere Gerechtigkeit erlanget hätten ic. So  
 würde Euch vor denselben euer eingebrachtes Guth /  
 zusammt den halben Hochzeit - Geschenke , soviel ihr  
 dessen beweisen möchtet / billig gezahlet. V. R. W.  
 add. Brunnem. Cent. 4. decis. 50. ubi tale præjudicium af-  
 sert : Zum 13. werden des Liquidati Wittwen / Mar-  
 garethen / diejenige Hochzeit - Geschenke , so noch inzo  
 in des Liquidati Verlassenschaft vorhanden , oder  
 auch nach dessen Absterben von den Creditoren veräuß-  
 fert , ohne einen Unterscheid , von wem dieselben ge-  
 schenket worden / zur Helfste zugeeignet / welcher der  
 selben nach ihren noch vorhandenen Schmuck und  
 andern Paraphernal - Stücken , auch ohne einiges  
 Widersprechen derjenigen Creditoren , welche hier  
 præferirt , billig abzufolgen seyn. Si vero impensis pa-  
 rentum sponsæ nuptiale convivium celebratum fuerit,  
 earumque nomine dona nuptialia per conventionem in  
 dorem data fuerint , tunc defuncto marito , uxor omnia  
 ac singula dona nuptialia repetit , idque ex verb. Conſt.  
 cit. Vel statutum aut consuetudo in contrarium sit , cum con-  
 ventio der legem contractui , l. 1. §. 6. d. depos. Carpzov. d.  
 L. def. 10. Et ratione horum donorum in dotem compu-  
 tatorum habet justicia hypotheca in bonis mariti , ac  
 mortuo eo præ reliquis Creditoribus anteriorem hypo-  
 thecam non habentibus ea accipit , Gail. 2. Observ. 25. n. 10.  
 Ord. Proc. Jud. tit. 43. p. 1. Conſt. 28. ibique Moller. n. 33.  
 Carpzov. def. 63. add. Decif. noviss. 51.

§. VIII. Sed quid , si defuncto marito ex ionis nuptia-  
 bus nihil extet ? Qui dicunt , quod tunc nihil accipiat ,  
 fundantur (i.) in verbis Constitutionis : Soviec darvon

**vorhanden.** Si igitur nihil residuum erit, etiam nihil accipiet, cum alias proverbium sit: **Wo nichts ist, hat der Keyser sein Recht verloren;** arg. l. 6. ff. d. *dolo malo.* (2.) quod earum rerum, quæ sine dolo, vel culpa consumta sunt, non haberi soleat ratio, l. 2. §. 2. ff. *de collat. bonor.* l. 17. C. d. *donat. inter vir. & uxor.* Hisce tamen non obstantibus eorum opinio videtur verior, qui statuunt, quod licet omnibus donis nuptialibus consumtis, nihilo minus eorum estimatio pro dimidia parte ex bonis defuncti ab heredibus mariti, viduæ sic exsolvenda. Hinc rectius verba Constitutionis: **Soviel darvon vorhanden/** ita explicant, ut, quæ extant, illorum dimidia pars reddatur, quæ non extant, illorum estimatio solvatur. Ratio decidendi in primis illa datur, quod dona nuptialia pro dimidia parte hodie inter bona uxoris dotalia recenteantur, uti supra cap. 2. §. 15. demonstratum fuit. Jam vero ejusmodi bonis dotalibus consumtis licet, nihilo minus tam de Jure Communi, quam Saxonico estimatio illorum è bonis mariti est exsolvenda. Hinc sponte sua sequitur idem in donis nuptialibus obtinere, cum parium eadem sit natura, arg. l. 40. §. fin. d. *acquir. vel. omitt. possess.* Everhard. loc. top. 14. n. 2. Dan. Moller. *ad Cons. 22. num. 3.* & Semest. L. 2. c. 42. num. 3. Brunnemann. Cent. 4. decis. 50. n. 4. Berlich. p. 3. concl. 32. n. 15. Finekelt. Obs. Pract. 65. n. 13. 14. Nihil pro contraria sententia faciunt verba Constitut. **Soviel darvon vorhanden/** cum seniori sensu interpretanda sint. Quod attinet l. 2. §. 2. ff. *de Collat. bonor.* loquitur illa de collatione, qui casus hue non est trahendus. l. 17. C. d. *donat. inter. vir. & uxor.* contrarium potius decidit, & ad nostra in sententiam trahenda est, cum ibidem insine expresse dicatur, quod consumpta contra voluntate

33 137 ( 33 )

voluntatem uxoris restituere maritus teneatur, Carpzov.  
l.c. def. 6. Juxta decis. Noviss. 51. si omnia consumta sint,  
& nihil extet vidua nihil accipit, nisi per pacta, statuta &  
consuetudines aliud dispositorym sit.

§. IX. Oppignoratis vero donis nuptialibus à marito,  
quær. quise a post mortem ejus lucre debeat, an vidua, an vero  
heredes mariti? Et putamus tam de Jure Civili per l. 57. ff.  
d. legat. 1. quam Saxonico, heredes mariti defuncti obstri-  
ctos esse, ut luant ea, quæ à marito ex donis nuptiali-  
bus ad uxorem pertinentibus oppignorata fuerunt, Carp-  
zov. d. l. def. 7. Si tamen ipsa uxor ea oppignoraverit, vel  
eum ejusdem consensu à marito oppignorata fuerint:  
tunc sane non heredes mariti, sed ipsa uxor ea redimere  
tenetur. Moller. L. 2. Semestr. c. 7.

§. X. De quantitate autem donorum nuptialium si  
non satis constet, distinguendum, an Inventarium con-  
fectum fuerit, nec tie. Priori casu non est dubitandum,  
quin per illud satis probetur quantitatis eorum, Dec. nov. 51.  
cum tamdiu pro Inventario præsumatur, donec probetur  
contrarium, l. ult. §. 10. C. d. jure delib. Si vero posteriori ca-  
su inventarium confectum nou fuerit, nec etiam per te-  
stes quantitas illa probari queant, nec per schedulam à  
marito conscriptam, vel saltē subscriptam arg. cap. von  
recognition und brießlichen Urkunden. Procesß-Ordn.  
in pr. ibi: Alle brießliche Urkunden. Berlich. p. 1. concl.  
43. n. 6. tunc pars petens videtur admitti posse, si jura-  
mento summam indicare velit. Cum enim juxta Dd. de-  
bito in genere probato, super quantitate debiti standum  
sit juramento Creditoris, quidni & illud hoc casu proce-  
dat Carpzov. l.c. def. 9. qui taliter pronunciatum esse re-  
fert Anno 1631. So wird ihr die Helfste des Hochzeits-

E 3 Ge

Geschenks/ soviel sie dessen bescheinigen und erweisen  
mag / ausgeantwortet, und usn Fall bemeldte Wit-  
we, wieviel eigentlich des Hochzeit- Geschenks ge-  
wesen, nicht beybringen kônte, wird Sie solches eidi-  
lich zu erhalten billig zugelassen/ add. Finthelth. *Observ.*  
*Pract. 65. num. 25.*

§. XI. Sunt tamen etiam easus, quibus vidua nihil  
plane de donis nuptialibus accipit, ut si (I.) portionem  
statutarium accipere malit. De Jure Civili, si maritus pre-  
moriatur locuples, uxor vero laboret in opia, tunc illa,  
si velit, admittitur ad quartam totius hereditatis, tribus  
vel paucioribus liberis existentibus, quatuor vero vel  
pluribus liberis viventibus ad partem virilem, id est,  
quantum quisque liberorum accipit. *Nov. 117. c. 5.* Schnei-  
dew. *ad pr. J. de hered. qua ab int. defer. sub rubr. d. success.*  
*inter vir. & uxor. n. 14.* ibique Harprecht. *n. 480.* Magn.  
Dn. Struv. *Exerc. 38. lib. Carpzov. J. F. const. 20. def. 25.* & si  
hoc easu portionem illam accipere velit, tunc utique &  
dimidiam suam donorum nuptialium partem conser-  
re nebetur, Wesenb. *ad ff. d. collat. bonor. in fin. n. 4.* De Jure  
Saxonico, quia uxor marito succedens eum propriis libe-  
ris dotem illis ac reliqua bona conserre tenetur. Wesenb.  
*I. c. sequitur sua sponte, quod etiam dona nuptialia con-*  
*ferre debeat, cum illa sub bonis comprehendantur, Carp-*  
*zov. p. 3. c. 22. def. 12.*

§. XII. (II.) Si certam in pactis dotalibus sibi assi-  
gnatam partem ex bonis mariti accipiat. Tunc enim ni-  
hil amplius, nisi partem illam petere valebit, cum pacta  
stricta sint interpretanda. Et huc faciunt verba *Const. 22.*  
*p. 3.* Do aber in Ehestiftungen hieryon gewisse Ord-  
nungen wâren ic. Carpzov. *J. c. def. 12.* (III.) Si uxor no-  
bilis

bilis petat dotalitium, Morgengabam & cibaria domestica, dona praefata heredibus mariti defuncti relinquere cogitur. Sicuti enim vidua nobilis, si petit dotem illatam, simul Geradam, Morgengabam & Comestibilia petere nequit, *gloss. art. 31. in verb. Stirbt das Weib/ ita quoque, petat dotalitium, ad dotem & nuptialia dona non admittetur, Cons. Elect. 42. p. 2. ibique Moller. n. 1. Wesenb. p. 1. Consil. 26. n. 26. D. Richter. de success. ab int. sect. 4. membr. 3. n. 65. 66. Carpzov. l. c. def. 13.*

§. XIII. Habet autem uxor in bonis defuncti mariti ratione horum donorum *jus retentionis*, donec ei pernitus de medietate illorum satisfactum fuerit. Cum enim illi non solum pro dote, sed & pro aliis bonis illatis ac paraphernalibus *jus retentionis* concedatur, cur in donis hisce eidem hoc denegemus, cum *xenia* ista bonis illatis omnino equiparentur. *cit. Cons. 22 p. 3. in verb. Wann aber nach des Mannes Absterben, add. cons. 25. p. 11. Carpzov. l. c. def. 14.* qui praejudicium hisce formalibus afferre: *So seyn desselben Erben euren Chemeweibe solches Ihr Einbringen/ darzu Sie gekieset/ aus des Verstorbenen bereitesten Haab und Güthern zu bezahlen/ auch die Helfste des Hochzeit. Geschenks aus zuantworten schuldig.* Ehe und bevor solches geschicht/ ist *Sie des Juris retentionis in des vorigen Mannes Gütern zu gebrauchen wohl befugt.* V. R. W. add. Brunnenm. *Cens. 5. decisi. 69. n. 5.* Sed quid, si beredes negent quantitatem donorum nuptialium, multer autem quasdam res *xenia nuptialia esse affirmet, beredes vero contradicant, quaeritur, an durante processu relinquenda sit in possessione bonorum?* Et hoc utique affirmandum, cum verba Constituer. *et. p. 2. expresse sonent: So lange bis Sie des ißrigen verlo-*

vergnüget, nisi quid doli aut malitia ex parte mulieris adesse judex videat, autheredes mariti offerant viduæ satisfactionem, se id, in quo condemnati fuerint, soluturos. Tunc sane eam ex bonorum possessione cedere debere autumamus. Moller. *ad d. Const. 25. p. 2. n. 7. 8.* Præterea si ab initio eorum nomine datis fidejussoribus vel pignoribus cautum fuerit, tunc similiter viduæ jus retentionis denegamus. Weich *art. 24.* Hat Sie aber Bürgen dafür, so darff sie die Erben nicht mahnen, weder in der Güte oder zu Recht, so soll sie die Gewehr räumen / und dem Gelübde der Bürigen folgen. Desi Gelübde und Willkür bricht allerhand Recht, quoniam alias provisio hominis provisionem legis tollit *I. f. C. d. pact. convent. I. pen. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solv.* Item plane dicendum de marito, cum similiter ratione medietatis donorum dictorum jus retentionis competit in bonis defunctæ uxoris Moller *d. I. n. 11. § 12.*

§. XIV. Quæstio est: *An maritus accusans civiliter uxorem de adulterio, retineat quoque xenia nuptialia?* Et communis Dd. opinio affirmat, vid. Beust. *p. 2. c. 21. d. Jure Connub. Mynsing. Consil. I. § 42.* Moller. *ad Constit. 21. p. 4. n. 3.* Rectius tamen negatur à Carpzov. *Pr. Crim. p. 2. qu. 64. n. 19. seqq.* quia dona nuptialia inter bona uxoris paraphernalia numerantur, merito quoque idem de iis dicendum, quod de paraphernalibus. Paraphernalia autem de Jure Civili ob adulterium non admittuntur Carpzov. *I. c.* Quod si enim sine expressa lege nemo jure suo privandus est, & textus nupsiam bonorum paraphernalium mentionem faciunt, consequens sane est, nec illa facile amitti. Et hanc sententiam recte defendant Carpzov. *I. c. Bocer. de adult. c. 5. n. 35.* Berlich. *p. 4. concl. 29. n. 12.* Barbos. *ad 8*

( 41 )

ad l. 2. in pr. ff. solut. matrim. n. 54. Etiam de Jure Canonico paraphernalia bona non amittit, quicquid sentiat gloss. in c. 4. X. d. donat. int. vir. & uxor. c. ex parte 10. x. d. consuet. Bocer. d. adult. c. 5. n. 15. Aliud tamen dispositum de Jure Saxonico, quo maritus ob adulterium uxoris paraphernalia, & per consequens, etiam multo magis dona nuptialia lucratur, quippe quæ hoc in foro dotalibus quodammodo annumerantur, Carpzov. pr. crim. qu. 64. n. 28. & seqq.

§. XV. Quid vero, si quis uxorem ducat, quam post ea ob stuprum ante nuptias commissum, legitime convictam, retinere recusat, an ille dona nuptialis integrâ retinebit? Et responderetur, maritum dona illa omnia minime lucrari, sed partem saltem dimidiâ defloratae restituere teneri; Et sic in supremo Electoris Saxoniae Consistorio, & à Scabiniis Lipsiensibus judicatum esse refert Carpzov. l. 2. Iprud. Consist. tit. ii. def. 199. ibi: So wird er der Ehe halben hiermit von ihr losgezehlet. Er ist aber gleichwohl Beklagten ihr Einbringen, zusammen dem halben Hochzeit-Geschenke, usw vorgehende liquidation, zu erflatten und folgen zu lassen schuldig. V. R. W. & in pr. Crim. p. 2. qu. 63. n. 63. ibi: aber dasjenige/das C. S. ihrem Manne am Ehegilde und sonst zugebracht / hat sie sich gestalten Sachen nach, weil Sie nicht Ehebruchs halber / sondern wegen ihres begangenen Betrugs und Untreu, von ihrem Manne geschieden wird, nicht verlustig gemacht.

§. XVI. Si autem per divorcium fuerit solutum matrimonium, distinguedam erit, an mulier, an vero maritus causam divorcii dederit. Quod si mulier per malitiosam desertionem causam præbuerit divorcio,

F

ex-

.141.

expeditum omnino est, hodie illam nihil de donis istis lucrari, cum se indignam reddiderit illis, sed maritus illa integra retinebit, Matth. Berlich. p. 4. conclus. 29. n. 20. Carpzov. Pr. Cr. qu. 64. Quod si vero maritus maliciofa desertione divortio ansam dederit, uxor non tantum dotem & propter nuptias donationem, quamvis alias neque patet, neque lege vel statuto ullo ad ipsam praedicta donatione propter nuptias pertineat, l. 8. §. 4. in f. C. d. Repud. Nov. 117. c. 9. & Nov. 143. c. 10. Vicent. Hond. vol. 1. p. 3. Consult. 48. num. 5. Berlich. p. 4. conclus. 29. num. 25. Matth. Coler. p. 1. dec. 176. num. 44. Carpzov. p. 4. const. 21. def. 3. sed etiam dona nuptialia pro dimidia sua parte ex bonis mariti repetit, cum illa alias pro dimidia parte jure dominii habeat.

## CAP. V. ET VLTIMVM.

DE

*Affinibus atque Contrariis.*

### S V M M A R I A.

- S. I.** *Affinia doni nuptialis sunt omnes donationes, qua sunt intuitu nuptiarum; differt tamen ab iis omnibus. II.*  
*Affinia doni uupt. sunt munera illa, que uxori tempore puerperii donantur. Nontamen pecunia lustrica. III.*  
*Dona, que uxori tempore nundinarum, zum Jahrmärkte / vel dienataliti, zum Geburths-Tage, vel discensus, zum Valet / vel die nativitatis Christi, zum H. Christi, offeruntur. IV.* Aliud dicendum de rebus,  
*qua uxori per legatum &c. donata sunt. V.* Contraria recensentur, ut pete sunt dissolutio sponsiorum. VI.  
*Propo-*

Proponitur casus. VII. Revocatio. VIII. Q. an  
etiam alie admittantur causa ingratitudinis preter quin-  
que enumeratas? IX. Clauditur dissertatio.

## §. I.

**A**ffinia donorum nuptialium paucula adhuc adjicere  
lubet. Possunt autem ea esse (I.) Omnes illæ do-  
nationes , quæ fiunt intuitu vel occasione nuptiarum , de  
quibus supra c. i. §. 8. dictum est. Differt autem donum  
nuptiale nostrum ab iis omnibus haud parum. Sic (a.)  
differt à donatione propter nuptias , quæ fit à sponslo spon-  
sa ob dotis securitatem , ut nimis mulieri magis sit cau-  
tum de dote matrimonio soluto recuperanda , h. f. §. sanci-  
mus C. d. donat. ant. nupt. Nov. 61. c. i. quod secus est in do-  
no nuptiali , cum illud fiat à propinquis & extraneis novis  
sponsis conjunctim ex mera liberalitate. (c.) Differt à  
Sponsalitia largitate , quod hæc fiat inter ipsos novos spon-  
sos propter spem futuri matrimonii , amoris & benevo-  
lentia concilianda gratia , Bachov. ad §. 3. J. d. donat. Do-  
num vero nuptiale fiat ab invitatis convivis benevolentia  
solius contestandæ gratia , cum voto omnigenæ felicitatis.  
(y.) à Morgengaba sive Morgenatica , quæ ut supra loc.  
cit. dictum in premium amissa virginitatis dari solet , atque  
à solo marito secundo nuptiarum die uxori præstatur ,  
Wehner. Observ. Pract. voc. Morgengab. Myler ab Eh-  
renbach. in Gamol. pers. Imper. illustr. c. 15. seqq. quod secus  
est in dono nuptiali , de quo nos agimus. (d.) à dote ip-  
sa , quod hæc à sponsa parentibus vel aliis eorum nomine  
ad facilius sustinenda matrimonii onera præstetur , l. 20. C.  
d. jur. dot. Donum autem nuptiale , ut jam dictum be-  
nevolentia saltrem contestandæ causa datur. Denique

(a) ab arrha sponsalicia , quæ datur non ab invitatis con-  
vivis , sed ab utroque novorum conjugum in symbolum ,  
tesseram & probationem sponsaliorum contractorum .

§. II. Porro (II.) affinia domi nuptialis quodam-  
modo sunt munera illa , quæ uxori , tempore puerperii ,  
in Kindbett oder in die Wochen / uti quibusdam locis  
obtinet , donantur . In acquisitione vero illorum , hic-  
terum , uti supra monitum c. 2. ad intentionem ac men-  
tem donantium respiciendum est . Illi enim , cum æque  
marito atque uxori donare voluisse præsumantur ; hinc  
dona etiam illa inter eos esse communia ac divendenda  
statuimus . Offeruntur enim puerperæ in signum bene-  
volentia acque lactitia ob partum recenter natum , & eo  
ipso etiam ad maritum spectant , adeoque utriusque conju-  
gum secundum mentem donantium donatum censetur .  
Aliud interim dicendum de pecunia iustrica ( Pathen-  
Geld ) quæ non parentibus , sed infanti , donata censetur ,  
adeoque à nostris in peculium quasi castrense infan-  
tis numeratur . Idcirco etiam à Patre in aliud , quam in-  
fantis , eai donata , usum converti nequit , prout respon-  
dit Constat . Supr . ap . Carpzov . f . Confistor . lib . 2 . def . 172 . ver-  
bis : Darneben N. aufzulegen / daß er das Pathen-  
Geld / so nicht seine , sondern des Kindes , wiederum  
annehmen , und zu anderer Anordnung nicht Ursach  
geben soll . Itaque parentis in hac pecunia administratio-  
ne tantummodo se habet , ut tutor legitimus , nec sibi in  
illa dimidiam ususfructus partem tribuere valet . Quam-  
vis enim hæc pecunia plerumque hac fine tradatur , ut in-  
de eo largiora alimenta præbere parentes infanti queant ,  
aut ut alias in usum ac vestimenta ejus cedat : Attamen ,  
quoniam parentis jure naturæ necessaria partui procurare  
est

est adstrictus, atque hocce dorativum signum administratio  
baptismi præ se ferat; Igitur ex communi totius Ger-  
maniae observantia (ut ut hoc nesciat *Jus Civile*) usum fru-  
ctum, uti alias in peculio quasi Castrensi, Parens non ac-  
cepit, sed infanti de eadem, quomodo cunque velit, dis-  
ponere licet.

*ad. §. III. (III.)* Dona, quæ uxori tempore vel nunc-  
dinarum, *zum Jahrmarkt*, vel die natalitii, *zum Ge-  
burts-Tage*, vel discessus, *zum Valet*, donantur. Hæc  
iterum utriusconiugij communia esse dicimus. Offe-  
runtur enim uxori intuitu administrationis rerum famili-  
arum. Administratio autem illa pertinet ad res econo-  
micas, quas p̄xor marito p̄stare tenetur, *arg. l. 48. ff. d.  
oper. libert.* ideoque donantes ad maritum quoque respe-  
xisse dicendum est, *arg. l. 7. 8. ff. profoc.* Munera enim  
uxori respectu mariti ejusque operarum donata censem-  
tur, *arg. Autb. In donatione C. d. secund. nupt.* Quæcunque  
autem alterius intuitu & gratia in alterum conseruntur,  
perinde habentur, ac si ab illo ipso, cuius respectu hic ac-  
cepit, hæc consecutus fuisset, *l. 19. §. 1. ff. d. pecul. l. 10. §. 6.  
d. vulg. & pap. substitut.* Menoch. *l. 3. præsumt. 28. num. 1.*  
*Johan. Garz. d. conjug. acq. n. 101. Dn. Carpzov. J. F p. 3. c.  
25. def. 14. n. 4.* ubi præjudicium hisce formalibus refert:  
Es wird aber der Witwen / woferne Sie zu ihrem Ein-  
bringen kiesen alles dasjenige ic. ic. ihr auch zur Dank-  
barkeit / in Erwegung und Anschung ihres Mannes  
geleisteten Dienste und Mühwaltung / geschenket  
worden / billig entrichtet und ausgehändigt. *W. R.  
W.* Idem plane dicendum de iis donis, quæ uxori Nati-  
vitatis Christi die ab aliis offeruntur, was der Frauen  
zum heiligen Christ oder Neuen Jahr geschenket wird.

§. IV. Sed hic quoque aliud dicendum de iis rebus, quas uxor constante matrimonio per legatum, hereditatem, sive iocommissum & mortis causa donationem &c. accepit. Hæ enim pro diuidia parte non cedunt marito, sed bonis paraphernalibus uxoris annumerantur. Ac proinde mortuo marito uxori pra omnibus Creditoribus, si adhuc extent, restituendæ veniunt, non quidem jure prælationis, sed jure dominii, quo repetens bona sua omnibus, etiam privilegiatis Creditoribus assertur, l. 7. §. 2. ff. depos. l. 8. C. ad exhib. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. disp. 24. vers. 7. lit. b. vers. aut apud maritum &c. & lit. g. vers. ult. Carpzov. l. c. p. 5. const. 28. def. 86. n. 7. Idem statuendum de aliis bonis, quæ mulieres operis suis artificialibus paraverunt, & postea maritis tradiderunt, ut si mulier aliquid, v. g. ex Chirurgia vel alia industria opera acquisivit, veluti si obstetricum munere functa sit, (quæ sc. curam gerit mulierum prægnantium, l. 1. ff. d. vent. insipic. de qua vid. l. 9. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. 1. 2. ff. d. extraord. cogn. l. 2. ff. d. Carb. Edict. quod officium publicum contra l. 2. ff. d. R. J. sc̄emini est concessum, cum sc̄emineo judicio optime expediatur. Mart. Benckendorff. add. l. 2. fall. 2. membr. 1. p. 2. p. 106.) vel per artem sericam aliquid lucrifecerit, hocque postea marito dederit. Hæc de affinibus.

§. V. Dono nuptiali *contraria* maxime est Disolutio Sponsaliorum. Nuptiis enim haud secutis, etiam nulla erunt dona nuptialia, arg. §. penult. ibi : nec dotis, nec donationis exactiōnē locus sit, Inst. d. Nupt. Dissolvuntur autem sponsalia de præsenti non nisi ex causis gravissimis, & plerumque ex iis, quibus ipsum matrimonium dissolvitur. Tales autem sunt (1.) subsecuta aut etiam antecessa

cessa & legitime convicta *fornicatio* tam ratione sponsi quam sponsæ, Carpz. *Jpr. Consib. L. 2. tit. 10. def. 188.* Cypr. d. *Sponsal. c. 13. §. 55. 56.* Quanquam ratione sponsi sponsalia minime dissolvi existimaverim, etiam si sponsa sponsum convincere queat, eum ante Sponsalia Veneri deditum fuisse & sese libidinibus contaminasse, modo post sponsalia contracta castam vitam instituat. Cypr. d. l. §. 57. n. 2. (II.) *furor*, cum furiosus neque judicium neque voluntatem habere præsumatur. Et quis non abhorreat ab ejus consuetudine, qui fuere cœpit, cum nunquam ad sanam mentem redire præsumatur, ut ait JCtus Cypr. d. l. §. 59. n. 1. Carpzov. l. c. def. 182. (III.) *atrox delictum*, ut est homicidium dolosum, beneficium, parricidium aut latrocinium, Cypr. d. l. §. 79. n. 1 2. Carpzov. l. c. def. 177. 178. seqq. non vero causa sufficiens dissolutionis sponsaliorum est furtum, cum nec ob illud matrimonium dissolvi possit. Carpz. 5. *Resp. 115.* D. Strauch. *Diff. 2. tb. 8.* furtum intellige illud, ex quo scilicet sola relegatio irroganda venit. Carpzov. *Jpr. Consib. l. c. def. 178.* (IV.) *Morbus* contagiosus & desperatus, quales sunt scabies Gallica seu Neapolitana, epilepsia vel comitalis morbus, phrenesis, paralyticus &c. Cum enim ea sit morborum illorum turpitudo & vehementia, ut alter alterius congressum refugiat & exhorrescat; merito audiendus estis, qui à promissione discedere cupit, si quidem nulla corporum communicatio accessit, Cypr. d. l. §. 66. Carpzov. l. c. def. 180. Interim tamen propter morbum diuturnum, quo alteruter contrahentium laborat, dummodo sanabilis sit, sponsalia minime dissolvi posse evidentur. (V.) *Vitium corporis*, quod deformitatem insignem affert, v.g. si cui nasus præcidatur, vel oculi exsculpantur,

c. quatuor-

e. quemadmodum 25. X. de jure jur. vel si quis claudus, surdus,  
 vel mutus fiat, præsertim, si sanitatis spes nulla reliqua sit,  
 Carpzovius loc. cit. defin. 181. (VI.) *Inimicitie irreconciliabiles*, implacabiles & talem alienationem animorum,  
 quæ omnem omnino reconciliationem recusat, secum ferentes, v. g. si dicant partes: Sie wollten lieber tott  
 seyn / als einander heyrathen, Sie könnten nicht bey  
 einander leben, c. requisit x. d. sponsal. Quid enim con-  
 jugio magis repugnat, quam odium & malevolentia,  
 quod amore & benevolentia conciliari oportet? Atque  
 hoc eo magis procedit, si non modo sponsa adhuc tene-  
 ra est statis, vix viripotens, & ab utroque parentum va-  
 riis persuationibus metuque reverentiali ad assensum  
 commota fuerit, sed & si Parentes ipsi in consummatio-  
 nem matrimonii consentire nolint. Sic Dnn. Scabini Je-  
 nenses a. 1633 ita pronunciarunt: Obgleich alle die von  
 der Braut und ihrem Vater angebrachte Motiven,  
 und nach bescheineter Reconciliation vorgegangene  
 Händel an sich selbst der Wichtigkeit und Erheblichkeit  
 nicht sind / daß sie eine zu Recht beständiger Weise ges-  
 schlossene Ehe hindern oder aufheben können. Den-  
 noch aber, weileurem Andeuten nach / die abermahl's  
 gesuchte und tentirte Güte / deswegen ihr allen mög-  
 lichen Fleiß angewendet / nicht statt finden wollen,  
 noch die Gemüther gewonnen werden können, auch  
 hierbei eine solche Verbitterung / und tieff eingewur-  
 helter Unwillen sich erzeiger, daß alle Hoffnung künf-  
 tiger Reconciliation vergebens und verloren geachtet  
 wird / auch so die Partheyen gleich mit Gewalt zu-  
 sammen gezwungen werden sollten, hieraus ein sehr  
 gefährlicher und unglücklicher Ausgang zu befahren/  
 und

und dadurch zu allerhand Ungelegenheit Ursach und Unlach gegeben werden möchte, gestalt auch der Bräutigam selbst endlich, nach dem er vernommen, wie hoch und theuer und vermessentlich diese Ehe von der Braut Vater und Braut selbst vermaledeyet worden / und dahero einen sehr schlechten Succes zu hoffen, dß Werckauß der Herren Consistorialium Erfährtneß gestellet / und auff allen Fall / daß er die Ehetrennung auch wohl seines Theils / jedoch auff gewisse Bedingung, geschehen lassen könnte / sich erklähret. Als kan disfalls bey solcher der Sachen Beschaffenheit und darvey befindlichen Umständen die Ehescheidung wohlstatt finden und nachgegeben werden. Fibig. Coll. Leg. publ. Exerc. 2. Schmidi qu. 2. Cypr. l. c. §. 82. Carpzov. d. l. def. 576. ubi recedit à sententia, quam defendit in Jurispr. for. 4. p. 24. def. 16. D. Richter p. 1. decis. 6. D. Struv. Exerc. 29. tb. 14. qui præterea nihil interesse putat, an vitia inter causas jamjam adductas recensita, callide dissimulata fuerint ante sponsalia contracta, an post contrahatum supervenerint, quoniam nuptiæ nondum obtinuerunt suum essestiale consecutivum, np. conjunctionem corporum, quod tamen jus Canonicum quam maxime secundum institutionem divinam, ad insolubilitatem partium prætendit, ut nimirum factæ sint una caro.

§. VI. Quæritur hinc : *Si quis eo tempore, quo de matrimonio agebatur, donum aliquod obtulerit Sponso aut Sponsæ ; an illud possit repetere, si sponsalia dissoluta fuerint, & matrimonium haud fecutum ?* Et distinguimus. Aut enim expresse dixit, se propter hoc donare, ut sit doni nuptialis loco ; & nullum est dubium, quin repetere possit conditione nimirum causa data, causa non secuta. Sed quid si

G

cau-

causam illam donationis non adjecerit, cum notante  
 Brunneum. *ad l. 2. C. d. donat. ant. nupt. in fin.* causæ donationis raro soleant allegari, quid in dubio dicendum? Glos-  
 sa *ad l. 2. c. ut & alii Dd. distinguunt, utrum donatum re-*  
*petatur condicione causa data, causa non secuta, an*  
*vero condicione sine causa;* priori casu repetitio-  
*nem cessare afferunt, quoniam condicione causa data*  
*causa non secuta, minime locus sit, nisi causa exprimatur,*  
*& quod voluntas in mente retenta nihil operetur, l. 7. C. d.*  
*condic. caus. dat. l. 3. §. 7. ff. eod.* posteriori vero casu repe-  
*titionem locum habere. Brunnemannus quidem ad d. l. 2.*  
*C. d. donat. ante Nupt.* statuit, quod donatio ab aliquo no-  
*vis sponsis eo tempore facta, quo de matrimonio agitur,*  
*in dubio ob causam nuptiarum facta conseatur, adeoque*  
*nuptiis haud secutis donator repetens donatum, pro se*  
*habeat juris præsumptionem, quod non simpliciter rem*  
*donaverit, sed intuitu matrimonii, arg. l. 25. ff. d. probat.*  
*Sed tamen, cum in d. l. 2. specialiter hoc requiratur, ut*  
*causa exprimatur, proinde pro simplici donatione tam*  
*diu standum, donec contrarium probetur.*

§. VII. Præterea dono nuptiali contrariatur *Revoca-*  
*catio*, quam tamen hic non facile concederim, præsertim,  
*si ista donatio perfecta fuerit, & donum exigui admodum,*  
*quod hodie plerumque fieri solet, pretii fit.* Accidit ta-  
*mén aliquando, ut non minus quam alia donatio revoca-*  
*ri queat, si forte donatarii erga donatorem ingrati exi-  
*stant. arg. l. ult. C. d. revoc. donat. & §. 2. f. d. donat.* Idque  
*non immerito, cum satis injustum sit, injuriam pati ab il-  
*lis, in quos beneficia collata, cum multo magis liberalitas*  
*donantis ad obsequia inclinare, quam ad insolentiam do-*  
*natarios erigere debeat, l. 1. C. d. revoc. donat. Causæ au-*  
*tem***

tem ingratitudinis legibus definita quinque numerantur  
in d. l. ult. C. d. revoc. donat. quas sequentibus versiculis, licet  
non adeo comitis, inclusas legimus:

*Quinque modis perdo mibi que donata fuere,  
Infero si damnum graviter donantis in are,  
Si per me sit huic atrox injuria facta,  
Et sua persona naturali vulnera tacta,  
Quando sua vita crudeliter insidiabor,  
Ingratum factum dic me sic fregero pactum.*

§. VIII. An vero etiam ob alias ingratitudinis  
causas æque graves ac graviores donum nuptiale revoca-  
ti possit? non adeo expeditum est. Pro negativa C. J.  
Arg. ad tit. d. donat. d. 21. n. 1. Molina Disp. 28. n. 8. Strauch.  
Disp. 8. 29. C. p. 2. c. 12. def. 31. Philip. Us. pr. Inst. l. 2.  
Ecl. 28. pugnant. Affirmativam tenent Gomes tom. 2. var.  
resol. l. 1. c. 4. n. 14. Clar. lib. 4. sent. §. donatio quasi. 21. n. 2.  
Bachov. ad Tr. vol. 2. disp. 19. d. 7. lit. t. D. Struv. Exerc. 40.  
d. 15. Nobis de rigore Juris negantium opinio verior vi-  
detur, propter expressa finalia verba d. l. ult. ibi ex bise-  
nim tantummodo causis &c. Si tamen rem æquitate ac ra-  
tionibus metiri velimus, vix est, ut haec tenus recedamus  
plane ab ista DD. plures causas admittentium sententia.  
Tandem revocari quoque donum illud potest, si immo-  
dicum sit, & tantum, ut legitima heredibus donatoris non  
sit salva, arg. l. 2. & 3. C. d. inoff. donat.

§. IX. Et hæc fuere, quæ de donis nuptialibus in  
medium afferre visum fuit. Addi quidem potuissent  
plura, sed propter chartæ angustiam, cui pepercimus,  
longiores esse nolumus. Vale interim, L. B. hæc pro-  
ingenii modulo posita benevolentia tua calculo prose-  
quere, nobisque favorem tuum in posterum conserva.

642  
63 ) 52 ) 63

SCAZON.

**H**is nempe claris fructibus labor gaudet  
Non internunquam ruptus! hosce declinans  
A pigriorum desidi situ longe,  
Prognata cœlo proniore mens, fœtus  
Desideratos publicam edit in lucem!  
Matinæ apis modoque Fautor, ac more  
Flores amceno floridi optumos juris  
Carpisti ab horto, plurimo quod hoc scriptum  
Labore collectum probat satis. Perge  
Amœniores inde colliges olim  
Fructus Tibi, queis Diva Te coronabit  
Themis, clues dum Patriæ decus terræ  
Operæque largo Tete fœnore ornabit:  
Vera Tibi, Keyslere, quod precor mente

PRÆSES.

SOLI DEO GLORIA.







(X2256745)

1017





221.  
1680, 24<sup>d</sup>  
5

DISSERTATIO  
DE  
**DONO NVPTIALI,**

GERMANICE:

**Vom Hochzeit-Geschenke,**

VULGO:

Was dahin zu rechnen; Wer dasselbe geben und nehmen,  
bey allerley auch Ehebruchs-Fällen, behalten oder  
erben könne.

QVAM

PRAESIDE

**DN. PETRO MÜLLERO,**

V. I. D. ET PROF. PVBL.

AD D. MAII CICIC CLXXX.

IN AUDITORIO ICTORVM

EXPOSIT

A V T O R  
**IO. GEORGIVS HELLER,**  
GRAIZA-VARISCUS.

EDITIO QVARTA.

IENAE,

LITTERIS IO. BERNH. HELLERI, 1739.